



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Emptio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10421**

illum, qui in prima instantia favorabilem, & in secunda contrariam sententiam habuit, quando sententia fertur ex eisdem, Capel. Tolos. *decis.* 222. Rota *decis.* 17. *de dolo & contum. in novis*, Caputaquens. *decis.* 179. 1. par.

Quartò, expensæ non sunt solvenda nisi causa omninò terminata, & solutio debet fieri, ubi iudicium est agitatum, & earum solutio, seu condemnatio facta contra plures, intelligitur, ut unusquisque pro rata teneatur, Caputaquens. *decis.* 341. cum seq. 1. par.

## EMPTIO.

**P**rimò, quis cogitur vendere quatuor modis. Primò, quando quis exposuit rem suam venalem, fallit in meretrice, quæ quamvis exposuerit corpus suum venale omnibus, non tamen potest cogi, & sic de omnibus exercentibus artem aliquam, quæ non potest fieri sine peccato mortali: imò si cogatur meretrix, puniatur in regno, *Constitution. Omnes, tit. de viol. meret.* Isern. in *const. in ver. nullus eas compellat*; vide Bart. in *S. cura carnis*, l. 1. ff. *de offi. pref. urb.* Paris de Put. *de Synd. in ver. iudicis*, fol. 63. Afflict. in *præluoio Constit. in 3. q. num.* 7.

Secundò, propter publicam utilitatem.

Tertiò, favore Ecclesiæ, & religionis, pro amplianda, sive construenda, seu de novo ædificanda Ecclesia, vel monasterio, quo potest etiam prohibere, ne vicinus altius ædificet, unde monachi, vel moniales videri possint, Covar. *lib.* 3. *var. resol. ca.* 14. per totum, Bar. *id. l. non*

*enim. ff. verum amot.* Jalon. in *l. rogasti. ff. si ceri. per. & Lunica*, ff. *de astimat. act. num.* 7.

Quartò, ratione necessitatis, ut si quis pauper litigaret, & ob potentiam adversarii non inveniret advocatum, vel procuratorem, potest aliquis ad ei patrocinium præstandum compelli per iudicem, Host. in *summ. in tit. de fide instr.* S. *ex quib.* & in *tit. de postul. S. quis postulare possit*, n. 2. in prin. ubi dicit, quod si renuer advocatus ad præceptum iudicis, ce rebit perpetuò officio patrocinandi, quod dixi de amplianda Ecclesia, vel monasterio, intelligitur de Ecclesia, seu monasterio principali & formato, non de ædiculis, vel societatibus confratrum, & sic fuit decisum Neapoli in causa Sanctæ Sophiæ & sanctæ Mariæ de Pignatellis, Vincent. de Franc. *decis.* 223. quod etiam innuit Covar. *loco cit. colum. pen. ver.* 2.

Quintò, propter novum, sive utilitatem publicam, potest compelli quis vendere à iudice præfixo pretio iusto, seu utiliori, ut tempore penuriæ, vel caristiæ, Abb. in *c. 1. de emp. & vend.* imò tunc temporis potest compelli, ut quis potius vendat incolis, quam exteris: sicut colonus tenetur vendere quod facit in rure, potius domino ruris, quam aliis pretio iusto, Abb. *loc. cit. Covar. lib.* 2. *var. resol. c. 3. nu.* 1. l. 1. S. *si. ff. de off. pref. urb.* Maran. 6. p. *de inquis. nu.* 181. fallit, quando quis solum habet pro victu suo necessarium, Iser. in *proam. Const. regni. col. 1. Traq. de utroque retract. in pref. num.* 15. vide Iser. *de usu feud. rub. de pace iur. fir. nu.* 18.

Cc Secun-



Secundò, in emptione sæpe sæpius solet controversari de læsione, quam petit venditor in pretio rei venditæ, vel emptor in læsione pretii, prout, in *c. cum dilecti, de empt. & vend. & l. 2. C. de resc. vend.* Covar. *loc. cit. c. 3. n. 8.* Soto *lib. 6. q. 3. art. 1. de iust. & iur.* ideo est notandum, quod non semper potest peti restitutio vel rescissio, quia in emptione debent considerari novem. Primum, tempus: nam tempore Belli, vel pestis, res valet minoris, quàm aliàs. Secundum, locus: nam in urbe, vel oppido plus valet domus, vel palatium, quàm in villa. Tertium, modus: nam in subhastatione minoris valet res, quàm in propria officina, vel apotheca. Quartum, commoditas venditoris: nam pactum de retrovendendo, est quædam gratia, quæ fit venditori, quod minuit de pretio, Boer. *dec. 23. num. 25.* Quintum, similiter quædo fit servitium emptori. Sextum, commoditas Reipublicæ, ad pharmæcum. Septimum, raritas rei: nam omne rarum carum, *c. legimus. 92. dist. ver. sed dicit gl. ibi. in ver. pretiositas.* Octavum, multitudo, seu paucitas eumentium, vel vendentium; quia quo plus minùve, eo minoris majorisve res venditur. Nonum, expensæ venditoris, & pericula. Turrecre. in *c. Canonum, 14. q. 4. nu. 7. & 8. D. Thom. & Navar. loc. cit.* Covar. *ibidem, num. 5. c. 3.* vide D. Thom. *2. 2. q. 73. art. 1. in corpore, Navar. c. 23. num. 78. & Cajet. in sum. in ver. venditio. casu 7.* Tiraq. in *tit. de retractu. convent. in fin. num. 135.* Abb. in *cap. ad nostris, de empt. & vend.* Sylv. in *ver. usura. 2. 15. n. 5. argu. 2.* Covar. *loc. cit. lib. 3. c. 8. n. 7.* Nav. *c. 17. nu. 247.* Abb. &

Felin. in *cap. cum causa, de restit. spol. &* his causis non potest peti restitutio: nam unum palatium, seu fundus tempore belli, seu pestis, potest vendi ter centum aureis, & tempore pacis valeret mille, vel sexcentum; similiter, & de re vendita in villa, seu in urbe, liberè, vel coactè. Navar. in *com. de usur. q. 8. num. 112. ver. 1. q. 11.*

Tertiò, licet regulariter posterior emptor, cui tradita est res vendita, præferatur priori emptori, cui non fuerit facta traditio illius rei venditæ, ut in *l. quoties, C. de rei vendic. & Covar. loco cit. lib. 2. ca. 19. num. 1.* tamen fallit, quando fit venditio Ecclesiæ, vel civitati, absque rei venditæ traditione, quia præferuntur secundo emptori, etiamsi sit ei facta rei venditæ traditio, *l. ult. C. de sacrosanct. Ecol. Covar. loc. cit. nu. 2. ver. 2.* Anchar. in *c. Abbate, nu. 4. de re ind. lib. 6.*

Quartò, emptor, si pendente locatione emat rem alteri locatam à sibi venditore, non tenetur stare dictæ locationi: hoc fallit primò, si colonus, seu conductor sibi fecisset obligare omnia bona locatoris, & specialiter illam rem locatam, quia tunc emptor tenetur stare locationi, vide Sal. in *l. emptores, in 5. opp. C. locat.* Guid. Pap. *q. 480. nu. 2. & ibi additionem.* & Bosl. *tit. de fisco, & privil. nu. 47.* quod notare debent beneficiati successores, quando tenerentur stare locationibus factis à prædecessoribus suis; vide aliqua in *ver. alienatio, §. 3. dicto 13.* vide Bal. in *l. filio familias, §. si sol. matr. & in marg.* Innoc. in *ver. colonus, q. 2.* Abbi in *c. querimoniam, numero 7. do*



7. de iure patr. l. emptorem, C. locat.

Quintò, emptor sive venditor quando læsus est ultra dimidiam & iusti pretii, quid agere debeat? Vide *c. cum dilecti*, de emp. & ven. Maran. 6. p. tit. de app. nu. 83. & 87. Gom. in c. 2. nu. 4. usque ad 42. de consti. lib. 6. & 9. 42. de trien. poss. col. pen. Covar. loc. cit. lib. 2. c. 3. n. 8. & lib. 1. c. 3. nu. 10. dicit esse arbitrium iudici, quoad deceptionem Ecclesiæ, vel minoris, & quomodo intelligatur ultra vel circa dimidiam iusti pretii, vide Sot. lib. 6. q. 3. art. 1. de iust. & iure. Sylvest. in ver. emptio, n. 9. §. 8. & Covar. ubi supra, nu. 8. & quod non solum datur actio, l. 2. C. de rescin. vend. & d. c. cum dilecti, vel optionis vel rescissionis in deceptione, ut dictum est, sed etiam in gravissima & enormissima læsione, etiam si venditor, seu emptor renunciaverit, juraverit, donaverit, Cov. loc. cit. c. 4. n. 3. & pract. 99. c. 3. n. 8. §. 13. & cap. 28. n. 9. & quæ dicatur gravis læsio, vide Guid. Pap. q. 519. n. 3. quia ex Bar. dicit esse, quando quis est læsus in sexta parte debiti, & ista læsio potest peri usque ad triginta annos, Maran. & Cova. loc. cit. & potest peri etiam, quando non est ultra dimidiam, sed est gravissima, & enormiss. Cov. loc. cit. in ver. eorum. tamen hoc fallit duobus casibus, ut. Covar. li. 3. c. 2. ver. hætenus, & debetur in conscientia, etiam quando proximus notabiliter læditur. D. Tho. in 4. sent. dist. 15. q. 3. art. 2. & Cov. ubi supra, læsio seu deceptio ultra dimidiam rei, vel citra, parit actionem, Abb. in c. per tuas, n. 4. de donat. Navar. in c. qualitat, à n. 41. de pen. d. 5.

Sextò, penes quem remaneat periculum rei venditæ, vide Sylvest. in loc. cit.

num. 3. §. 2. & Gimont. tract. de grat. except. c. 5. nu. 3. & infra, Covar. pract. 99. c. 3. n. 6. §. 9. & li. 1. c. 5. n. 1. var. resol. Maran. 4. p. d. 4. n. 53. & nu. ult. Afflict. dec. 399. ubi degustatio vini transfert periculum in emptorem, & alia.

Septimo, primus emptor recipiens pretium, & patiens proximiorum possidere rem quam ipse prius emerat, videtur ei reemere & possessionem perdidisse, Boer. dec. 77. num. 1. 2. & 3.

Octavo, quando emptor elegerit rem restituere, juxta lib. 2. de rescind. vend. an sit cogendus restituere etiam fructus, vide Covar. lib. 2. c. 3. num. 9. var. resol.

## EMPHYTEUTA.

PRimo, emphyteuta Ecclesiæ non potest melioramenta, quæ facit in re, vendere, nisi servata forma, de qua in cap. potuit, & ibi Abb. de loc. & conduct. ubi numerat septem, Oldradus consi. 34.

Secundo, impotentia & pauperas excusat à perjurio, & à solutione canonis, & non causat caducitatem, Buttr. in cap. significante, de pignor. & Bald. in cap. brevi, de pign. Rodoan. tract. de reb. Eccl. non alien. q. 79. n. 9. per multa dicta.

Tertiò, emphyteuta multis modis excusat à caducitate ob canonem non solutum infra tempus, idem q. 79. c. 3. per multa dicta.

Quartò, emphyteuta quæ servare debet, quando vult alienare jus suum emphyteuticum, vide eund. loc. citat. cap. 9. num. 1. & infra.

Cc 2

Quin-